



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Unde Saluatio Angelica, & cur dicatur in omnibus horis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

*Pater noster* clarâ voce prolatis invitantur alii ad simul orandum. Et postremis *Et ne nos inducas*, innuitur requiri aliorum consensum, ut per conspirationem omnium Deo offerantur preces.

*Unde Salutatio Angelica, & cur dicatur in omnibus horis.*

**S**alutationis Angelicæ sive *Ave Maria* autores sunt Archang. Gabriel per hæc verba: *Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Elisabeth ultimis verbis hæc addens: *Et benedictus fructus ventris tui.* Verbum *JESUS* in medio dici putat Gav. ex antiqua consuetudine. In Conc. Ephesino certum est teste Baron. hæc verba pronuntiata fuisse *Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus Amen.* Et hæc verba mansere usque ad Breviarium Cardinalis S. Crucis. Postremis temporibus ex consuetudine Romanâ à Pio V. approbatâ addita sunt hæc verba: *Nunc & in hora mortis nostræ Amen.* Jussu Pii V. initio omnium horarum excepto Completorio debet dici cum *Pater noster* simul *Ave Maria*, & videtur ideo (postquam Officium B. V. quod aliàs quotidie recitabatur cum officio divino, nunc præsertim extra Chorum, omittitur) retenta esse salutatio Angelica ante horas omnes dicenda; ut in singulis horis eam colamus, cujus intercessione omni tempore indigemus.

12. *Unde Symbolum Apostolorum, cur & ante quas horas dicatur partim secreto, partim elatâ voce.*

**S**ymbolum græcè est *Collatio*, sive quod in unum confertur, dicitur *Apostolorum*, quia